

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Caput III.

EOENAS regi Chaldæo & regno eius denunciat: earumq; causas, seu peccata præcipua exponit, quorum primum est: **SUPERBIA,** & ambitio, seu cupiditas augendæ potentia & plures gentes aegnæ sibi subiiciendi inexplebilis. **II. Tyrannis** pro libidine graffans in aliorum corpora & fortunas. **III. Rapina & Spolia.** **IV. Ar- cium munitarum** ex spolijs & sanguine ac sudore pauperum **Aedificatio, & FIDUCIA.** **V. Simulatio amicitiae & Perfidia** sub specie benevolentiae alios incautos opprimens. **VI. IDOLATRIA** seu statuum & imaginum adoratio stulta, coram **D E O**, abominabilis & cultoribus præsentes ac æternas pœnas attrahens.

Primi autem versus sententia est. Deus superbum regem Chaldæorum, tot successibus ac victorijs & tanta imperij & potentia magnitudine ebrium & delirum, horribiliter euertet. **D E U S** enim superbis resistit & abominatione est coram **D E O** omnis superbus. vt de Xerxe Persarum rege potentiissimo Herodotus scripsit: Φιλετὸς θεός ταῦτα τὰ οὐτέρχοντα κολάζει. ἀλλοι θεός μέγα φαντάζεσθαι εἰστούν. Omnes autem natura sumus superbi, non ipsos admirantes & magnificentes, & sine timore Dei & agnitione propriæ infirmitatis nobis ipsis videmur sapientes, iusti, sancti, pijs, & alios despiciamus, & cum accident aduersa, irascimur Deo tanquam iniuste puniti. Causæ sunt, Coecitas mentis non considerans propriam infirmitatem, nec agnoscens Deum autorem donorum, vt rex Chaldaeus Dan. 4 inquit: Hæc est illa Babylon, quam ego ego ædificau. Deinde in voluntate & corde naturalis securitas, non metuens iram & iudicium **D E I** & **Φιλαυτία** se ac sua immodicè amans. Initium autem omnis peccati est superbia primorum hominum, quibus hac voce, *Eritis sicut Dei*, superbiam & ambitionem diabolus adflavit, & plurimas in mundo calamitates & miseras *πτωτάσας* nobis & alijs tantum superbia & ambitione attrahimus, vt Christianus III. Daniæ rex principalem causam bellorum inter reges, tantum esse pugillum superbiae, dixit.

ET quomodo vinum potantem & decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suā: & ipse quasi mors & non adimpletur, & congregauit ad se omnes gentes & coaceruauit ad se omnes populos.

Babylonici, in conuiuio potantis, ea nocte, qua Babylon à Cyro & Dario Medo capta est, historiam videtur, Dan. 5. **excurrere, extra metas euagari** facit. Ieronymus præuaricandi verbo plerunque reddidit. **Vino**

* Οἶνος καὶ Φρεσούρας ἀφ- σωήνη κατεβάλλει. Ose. 4. **Vinum** & ebrietas auferunt cor. **Illi- crates**, ὅταν ἐν τῷ οἴνῳ οὐδὲν ξε- ξι, ταῦτα τάχει τοῖς ἀρματινοῖς πνιούχοις διποτελλεστ. **Ecomi** σωφροσύνη σώζει τὴν φρέσκην. **Pi- to**, Impossibile est in Sicilia esse homines prudentes, vbi quotidie bis faturi fiunt. **De Ebri- tate legatur Seneca** epist. 84. & Phinius lib. 14. cap. 22. Allude- dere antem ad Baldafari regi

Vino deditus prævaricatur. * Ut ebrij, amentes & deliri, regere consilia & actiones vitæ suas prudenter nequeunt: sed cœco impetu ruunt, quod fert furiosa libido: sic homo superbus est ebrius, fatuus, cœcus, non agnoscit suam infirmitatem, non cernit Deum autorem donorum, non metuit iram & iudicium Dei, sed securus & propria sapientia ac viribus confisus errat in consilijs, & sulcipit iniusta aut non necessaria, & sibi ipsi exitium attrahit, vt Nabugdonosor superbus Dan. 4. ratione & mente priuatur.

* נָבָע non decorus erit, turpiter se dabit, rursus euomet regna & gentes absorptas: significat etiam locum seu villam, aut pascua amoena. Ideo Santes vertit, Non permanebit in habitaculo seu regno suo. נְאֵשׁ aperendo, quod omnes postulet, insatiabiliter caua guttura pandens. Proprie sepulchrum, seu locum subterraneum, in quo mortui conduntur, significat.

* Desiderium suum & cupiditatem inexplebilem, vt Alexander magnus, cum plures mundos esse audiret, ingeinit, quod nondum vnius mundi integrum dominus factus esset.

Nunquid non omnes isti super eum "parabolam sument, & loquclam ænigmatum eius? * Væ ei, qui multiplicat non sua. ^ Vsquequo, & aggrauat contra se denūm "lutum.

communibus vitæ casibus continet, vt Præcepta Decalogi; Versus Phocylidis.

Pronerbium, Paræmia, Adagium, est dictum celebre in populo, scita quadam notitate insigne, vel Gnome celebris, vel alia qualiscunque descriptio, plerunque figura aliqua, præcipue Metaphora vel allegoria aliquid significans. Irus & est subito qui modo Crœsus erat. Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Boni pastoris est tondere pecus non deglubere.

Hæc omnia Ebræi vna voce חֶן appellant, quod talia scite dicta insignem aliquam sententiam vel doctrinam continentia, in oratione velut stellæ emineant, & excellant, eamque illustrent, à חֶן quod antecellere & dominari significat. Nunquid non isti omnes de eo prouerbium sument, vt Græci de Crœso Lydorum rege potentissimo. Irus & est subito, qui modo Crœsus erat, & de Xerxe, innumerabilibus copijs Græciam irrito conatu oppugnante, Scythæ de Baizete Turcico, Persæ de Valeriano Roin. Imperatore, qui scabellæ regibus victoribus equos consenserunt, hic Saporis Persæ: ille Tamberlani Scythæ. תַּרְנִי תַּרְנִי fabulam, & ludibrium vulgi, à יְהֹוָה illusit, vt iam Moschus, tota Liuonia cedens, vulgi fabula est. תַּרְנִי תַּרְנִי acuit, acutè dicta, ænigmata, scomata, dicteria.

* Sic punire D[omi]n[u]s superbos reges & tyrannos crudelis, Pharaonem, Neronem, Ioannem Baslidem, Molchorum ducem, &c. solet, vt qui multis gentibus antea terrori erant, & aliorum opes & bona per fas nefasque ad se rapiebant, nunc omnibus ludibrio sint. ^ Non perpetuo tyranni pro sua libidine, velut immanes beluae, in populis græf- fabunt-

* Parabola propriè significat collationem seu similitudinem sumptam à rebus inanimis, vel mutis, Matth. 13. Gnomæ, sententia, est breue dictum, quod aut præceptum de moribus nudum, vel addita mentione præmiorum & poenarum, aut admonitionem de

comunibus vitæ casibus continet, vt Præcepta Decalogi; Versus Phocylidis.

Pronerbium, Paræmia, Adagium, est dictum celebre in populo, scita quadam notitate insigne, vel Gnome celebris, vel alia qualiscunque descriptio, plerunque figura aliqua, præcipue Metaphora vel allegoria aliquid significans. Irus & est subito qui modo Crœsus erat. Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Boni pastoris est tondere pecus non deglubere.

Hæc omnia Ebræi vna voce חֶן appellant, quod talia scite dicta insignem aliquam sententiam vel doctrinam continentia, in oratione velut stellæ emineant, & excellant, eamque illustrent, à חֶן quod antecellere & dominari significat. Nunquid non isti omnes de eo prouerbium sument, vt Græci de Crœso Lydorum rege potentissimo. Irus & est subito, qui modo Crœsus erat, & de Xerxe, innumerabilibus copijs Græciam irrito conatu oppugnante, Scythæ de Baizete Turcico, Persæ de Valeriano Roin. Imperatore, qui scabellæ regibus victoribus equos consenserunt, hic Saporis Persæ: ille Tamberlani Scythæ. תַּרְנִי תַּרְנִי fabulam, & ludibrium vulgi, à יְהֹוָה illusit, vt iam Moschus, tota Liuonia cedens, vulgi fabula est. תַּרְנִי תַּרְנִי acuit, acutè dicta, ænigmata, scomata, dicteria.

* Sic punire D[omi]n[u]s superbos reges & tyrannos crudelis, Pharaonem, Neronem, Ioannem Baslidem, Molchorum ducem, &c. solet, vt qui multis gentibus antea terrori erant, & aliorum opes & bona per fas nefasque ad se rapiebant, nunc omnibus ludibrio sint. ^ Non perpetuo tyranni pro sua libidine, velut immanes beluae, in populis græf- fabunt-

sabuntur, sed breui ad metas, diuinitus præfixas, peruenient. ^{Gm.}
uissimam molem foedissimarum calamitatum. Vel opes ipsæ, aurum & ar-
gentum sunt terra & lutum preciosum & res fluxæ, caducæ, statim in-
rituræ.

Nunquid non repente con-
surgent, qui ' mordeant te , &
fuicitabuntur lacerantes te , &
eris in rapinam eis? Quia tu ^t spo-
liasti gentes multas , spoliabunt
te omnes qui reliqui fuerint de
populis , propter sanguinem
hominum, & iniquitatem ter-
ræ, ciuitati & omnibus habitan-
tibus in ea.

cerunt eadem patiantur & ipsi.

A te effusum , propter cædes in-
iustas à te factas , vicissim occideris. Deus enim sanguinis effusi poenas in
sanguine poscit. & Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci de-
scendunt reges & sicca morte tyranni.

⁺ ~~non~~ iniurias per vim illatas hu-
bitatoribus terræ Iudaicæ & ciuitatis Ierosolymæ.

Væ qui ^t congregat auarici-
am malam domui suæ, vt sit in
excelsø nidus eius & liberari se
putat de manu mali. Cogitasti
confusionem domui tuæ, con-
cidisti populos multos , & pec-
cauit anima tua.

annos quinquaginta , Arces munitas , pecunia ex populo expilata, & h-
dore ac sanguine subditorum ædificabant , in quibus se aduersus Caesarum
Romanum & Turcum tutos fore soñniabant. ⁺ Ut in bello Germano-
co 1547. munitissimæ arcæ principum & ciuitates , Cæsari Carolo victori,
sponte deditæ , ignominiam & dedecus suis ædificatoribus pepererunt.

Quia ^t lapis de pariete cla-
mabit , & lignum quod inter
iuncturas ædificiorum est, ^t re-
spondebit : ^z Væ qui ædificat
ciuitatem in ^t sanguinibus , &
præparat urbem in iniquitate.
fentes & æternas talium arcium ædificatoribus denunciat.

⁺ Ut Moscorum tyrannum
nostra extate totos viginti an-
nos ferè impunè in Liuonia
grassantem & omnia rapini-
cædibus , direptionibus in-
plentem , Stephanus Poloniæ
rex , & Sueci vicissim momor-
derunt, & tota Liuonia & Rus-
siæ arcibus Finnoniæ opposi-
rufus spolarunt. ^t Eta. 33.
Væ qui spolias , quia spoliab-
ris. ^t eike waðn tæ tæt, ðær færa-
mæ. Iusta malis hæc admitti
pro crimine pœna est, si que si.

⁺ A te effusum , propter cædes in-
iustas à te factas , vicissim occideris. Deus enim sanguinis effusi poenas in
sanguine poscit. & Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci de-
scendunt reges & sicca morte tyranni.

⁺ ~~non~~ iniurias per vim illatas hu-

⁺ In Ebræo ^t yv yv autem
auaro, exercenti auaritiam ma-
lam, vt domum suam (edificet.)
⁺ Ut arces excelsas & munitas
in excelsis rupibus extruat, quæ
rum præsidio ex malis vol-
quaq; ab omnibus hostibus in-
minentibus liberetur. vt Non
rod turrim Babylonicam, Ge-
manici quidam principes au-

⁺ Ut in bello Germano-
co 1547. munitissimæ arcæ principum & ciuitates , Cæsari Carolo victori,
sponte deditæ , ignominiam & dedecus suis ædificatoribus pepererunt.

⁺ Insignis prosopopæa,
tribuens sermonem , sentium &
adfectuum hominis muto lapidi
& ligno. ⁺ Sicut in cho-
alternis vicibus canentes libi
mutuo respondent , & suc-
cunt. ^z Carmen lapidum
& lignorum , quod tristissimum
v. a.e.h. horrendas pœnas præ-
cædibus,

⁺ Pœnas

cædibus,

cadibus, rapinis & expilationibus pauperum iniustis, parta, vel sudore & sanguine pauperum subditorum, Mich. 3.

Nunquid ^a non sunt hæc à Domino exercitum? laborabunt enim populi in multo igne, & gentes ^b in vacuum, & deficient.

Quia replebitur ^c terra ^d ut cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare.

& impiorum, ac crudelium tyrannorum, qui ecclesiam Dei persecuti sunt, Nabogd. Baldas. Pharaonis, Neronis, &c. ^a Ut cognoscant & celebrent homines GLORIAM DOMINI DEI Zebaoth sapientissimo & iustissimo iudicio omnia in hoc mundo prouidentis & administrantis, & tandem grauissimis poenis superborum & potentum regum scelera vindicantis etiam si aliquantis per poenas differat. GLORIA D E V M afficere est laudem Deitatis, sapientiae, omnipotentiae, iusticiae punientis scelera, misericordiae gratis nos recipientis propter Christum mediatorem, veritatis servantis promissa, omniumq; cæterarum virtutum, Domino tribuere. Est enim GLORIA DOMINI vox relativa, cuius fundamentum est ipsa Dei essentia, sapientia, omnipotentia, iustitia, veritas, misericordia. Terminus est agnitus & celebratio ecclesiæ in terra militantis & in cœlo triumphantis, quæ hanc Deitatis & virtutum laudem ei tribuit: Quod videlicet hic D O M I N U S Deus Zebaoth, populo Israël patefactus, solus sit verus D E V S, sapiens, I V S T U S ac vindex scelerum, OMNIPOTENS, qui potentes & truculentos tyrannos Pharaonem, Nabogdonosor, Baldasar, ex summo fastigio in extremas calamitates deicavit, MISERICORS, clemens & beneficus in seruandis & liberandis pijs, V E R A X in comminacionibus poenarum, & promissionibus liberationum, ac præmiorum erga piros prestandis. Glorificant ergo D E V M poenæ potentum tyrannorum & liberationes piorum, quia agnoscent homines, D E V M non esse inane nomen. Ut dicitur Exod. 14. Viderunt Aegyptij manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino & Moysi seruo eius.

Væ qui ^e potum dat amico suo, mittens ^f fel suum, & inebrians, vt aspiciat ^g nuditatem eius. ^h Repletus es ignominia pro gloria. Bibe ⁱ tu quoque, & consopire. Circumdabit te calix dexteræ domini, & ^m vomitus ignominiæ super gloriam

^a Non casu haec accidunt, sed D E O sapiente, verace & iusto vidente & puniente.

^a Quod multo labore populorum ædificatum est, ignis copiam præbebit, incendio absumentur. ^b Ebr. יְהִי in abundantia inanitatis i.e. frustrâ, inaniter defatigabuntur.

^c Replebitur terra) toto terrarum orbe innotescens & celebra buntur poenæ superborum,

^a Vt cognoscant & celebrent homines GLORIAM DOMINI DEI Zebaoth sapientissimo & iustissimo

iudicio omnia in hoc mundo prouidentis & administrantis, & tandem grauissimis poenis superborum & potentum regum scelera vindicantis etiam si aliquantis per poenas differat.

GLORIA D E V M afficere est laudem Deitatis, sapientiae, omnipotentiae, iusticiae punientis scelera, misericordiae gratis nos recipientis propter Christum mediatorem, veritatis servantis promissa, omniumq; cæterarum virtutum, Domino tribuere.

Est enim GLORIA DOMINI vox relativa, cuius fundamentum est ipsa Dei essentia, sapientia, omnipotentia, iustitia, veritas, misericordia. Terminus est agnitus & celebratio ecclesiæ in terra militantis & in cœlo triumphantis, quæ hanc Deitatis & virtutum laudem ei tribuit:

Quod videlicet hic D O M I N U S Deus Zebaoth, populo Israël patefactus, solus sit verus D E V S, sapiens, I V S T U S ac vindex scelerum, OMNIPOTENS, qui potentes & truculentos tyrannos Pharaonem, Nabogdonosor, Baldasar, ex summo fastigio in extremas calamitates deicavit, MISERICORS, clemens & beneficus in seruandis & liberandis pijs, V E R A X in comminacionibus poenarum, & promissionibus liberationum, ac præmiorum erga piros prestandis.

Glorificant ergo D E V M poenæ potentum tyrannorum & liberationes piorum, quia agnoscent homines, D E V M non esse inane nomen. Ut dicitur Exod. 14. Viderunt Aegyptij manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino & Moysi seruo eius.

PERFIDIA Tyrannica, simulata specie benevolentiae alios incautos opprimens.

^c Qui specie amicitiae & benevolentiae sociates & fœderas cum vicinis & alijs sanctissima init, vt eos incautos vel ab alijs suis hostibus segregatos & seiuertos, postea illis deiectis & deletis, facilius opprimat & extinguat. Hi vere

Kk tuam

tuam. Quia ^a iniquitas Libani operiet te, & ^b vastitas animalium p̄ terrebit eos, de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

^c iensi inuitat, eaque finita, admotis Hispanorum custodijs, captiuum retinet.

^d ἡμερή Heminam seu vtrem seu poculum vino plenum. præterea iram, furorem, bilis excandescentiam seu significat, à θυμῷ caluit, arsit.

^e θυμόνυμη Nuditatem eius, à verbo θύμος nudauit, inde θυμός Nuditas, turpitudo. Leuit. 19. Turpitudinem matris, filiae, sororis tuæ d. pudenda. Metalepsis vocabuli abstracti pro concreto.

^f Repletus es tu quoque ignominia pro gloria. q. d. Untrw wird ihren eigen herrn treffen. sicut tu alios ignominia & dedecore affectos omni honore & gloria spoliasti, ita tu quoque Nabugdonosor, omni potencia & gloria & ratione tua priuatus, confunderis, Dan. 4. Tu Baldasare Imperio & vita mulctaberis à Persis, Dan. 5. Tu Pharao ex summo regni fastigio in profundum mare demergeris, Exod. 14.

^g Eandem ignominiam & contumeliam, qua alios deformasti, th quoque subibis.

^h θυμόνι nudaberis seu præputiaberis, apparebis præputiatus, nudus & abominabilis. Noster interpres per metathesin literarum θυμίνι vtit confopire.

ⁱ Visitatissima Prophetis Metonymia primū continentis calicis seu poculi pro contento potu. Deinde metaphora, pro demenso poenarum & calamitatum, quas cuique D e v s distribuit & imponit. Psal. 75. Deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat. Calix in manu Domini iniusti meri & effundet ex hoc in illud, sed feces ebibent peccatores tem. Esa. 51. Confurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem eius. Ierem. 25. 49. Psal. 116. Calicem salutarem accipiam. Matth. 26.

^j Vomitu foedabitur & obriuetur gloria tua, vel turpiter euomes & amittes rursus regna & gentes, quas antea imperio tuo subiectas, velut deglutiuisti.

^k Metalepsis, causa pro effectu, poena propter iniquitatem, seu iniurias à te illatas Libano, seu terræ sanctæ, quam Libanus seu Alpes ab antiquissimi montes, niue carentes, à septentrione & ortu cingunt.

^l Vastitas per tuos milites feros effecta, sicut feræ syluarum agros visitare solent.

^m Conteret feras illas, propter sanguinem hominum per eos effusum, & iniuriam terræ illius incolis illatam.

Quid ⁿ prodest sculptile, quia sculpsit illud factō suus ^o conflatile & imaginem fallam? quia ^p sperauit in figmento factō eius,

comica facie Tragœdias agit, qui simulata & blanda amicitiæ specie conuiuio exceptos capiunt & trucidant. vt Ferdinandus Dux Albæ, Landgravius Hassia, supplicem Casati factum, & salua omnia exilimantē, ad ecnam in arce Hal-

Iensi inuitat, eaque finita, admotis Hispanorum custodijs, captiuum retinet.

^q θυμόνυμη Nuditatem eius, à verbo θύμος nudauit, inde θυμός Nuditas, turpitudo. Leuit. 19. Turpitudinem matris, filiae, sororis tuæ d. pudenda. Metalepsis vocabuli abstracti pro concreto.

^r Repletus es tu quoque ignominia pro gloria. q. d. Untrw wird ihren eigen herrn treffen. sicut tu alios ignominia & dedecore affectos omni honore & gloria spoliasti, ita tu quoque Nabugdonosor, omni potencia & gloria & ratione tua priuatus, confunderis, Dan. 4. Tu Baldasare Imperio & vita mulctaberis à Persis, Dan. 5. Tu Pharao ex summo regni fastigio in profundum mare demergeris, Exod. 14.

^s Eandem ignominiam & contumeliam, qua alios deformasti, th quoque subibis.

^t θυμόνι nudaberis seu præputiaberis, apparebis præputiatus, nudus & abominabilis. Noster interpres per metathesin literarum θυμίνι vtit confopire.

^u Visitatissima Prophetis Metonymia primū continentis calicis seu poculi pro contento potu. Deinde metaphora, pro demenso poenarum & calamitatum, quas cuique D e v s distribuit & imponit. Psal. 75. Deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat. Calix in manu Domini iniusti meri & effundet ex hoc in illud, sed feces ebibent peccatores tem. Esa. 51. Confurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem eius. Ierem. 25. 49. Psal. 116. Calicem salutarem accipiam. Matth. 26.

^v Vomitu foedabitur & obriuetur gloria tua, vel turpiter euomes & amittes rursus regna & gentes, quas antea imperio tuo subiectas, velut deglutiuisti.

^w Metalepsis, causa pro effectu, poena propter iniquitatem, seu iniurias à te illatas Libano, seu terræ sanctæ, quam Libanus seu Alpes ab antiquissimi montes, niue carentes, à septentrione & ortu cingunt.

^x Vastitas per tuos milites feros effecta, sicut feræ syluarum agros visitare solent.

^y Conteret feras illas, propter sanguinem hominum per eos effusum, & iniuriam terræ illius incolis illatam.

^z IDOLOLATRIA seu statu- rum & imaginum adoratio ful- ta, coram Deo abominabilis & & præsentes ac æternas poenas cultoribus attrahens. Propriè enim Græca vox εἰδωλολατρίας ut f.

ut faceret simulacra muta. Vx qui dicit ligno, Experciscere: Surge, lapidi tacenti. nunquid ipse docere poterit? Ecce, ille copertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius: DOMINVS autem in templo sancto suo: & sileat a facie eius omnis terra.

significat imaginem seu simulacrum cultum, à λα valde, τενε tremere, timere, & ἕδωλον, quæ vox propriè simulacrum, imaginem, vel spectrum, aut aliam speciem oculis obuersantem & statim euanescentem denotat, à verbo ἔδωλος, assimilior, apparo, ut in Aiace Sophoclis: οὐδὲν πρᾶς ἔδει ὄντας ἀλλο τάλεντον εἶδωλα οὐσιας τερπενης η πνολιον σκιαν.

Nos homines nihil aliud sumus quam spectra, quotquot viui-

mus, vel tenuis umbra. Galenus: γνωστούσιν ἐστι, ἕδωλον διαδείχνεις. Ne imaginem quidem aut tenuem umbram demonstrationum nouerunt. Socrates fol. 23. λόγοι αληθίνης καὶ δικαιούχου ψυχῆς αγαθῆς ἕδωλον εἰστι. Verax & iusta oratio est idolum seu simulacrum & imago mentis bonæ. Est autem Idolum seu imago, vox relativa, cuius fundamentum est Archetypus seu exemplar ad cuius similitudinem imago expressa est. Sicut Idoli seu imaginis in speculo re lucentis fundamentum est intuens speculum, à quo similis figura, & color in speculum transfunditur. Formale est similitudo seu congruentia earum rerum, quæ Archetypo & imagini communes sunt, ut figuræ & lineamentorum faciei & reliqui corporis, sicut in imaginibus sculptis aut penicillo expressis; vel substantiæ, sicut in filio DEI; vel qualitatum, sapientiæ, virtutum & actionum cæterarum, sicut homo est imago Dei, quia simili sapientia seu lux mentis, & libertas voluntatis, & iusticia, ac conformitas cæterarum virium cum archetypo DEO, ipsi in creatione attributa est. Idola vero seu imagines & statuæ aureæ aut lapideæ, nihil simile Deo habent, non lineamenta, non substantiam, non mentem, voluntatem, sensum, aut motum ullum. Ergo nec dij sunt, nec imagines Dei. Ideoq; stultum, impium & abominabile est eas colere. Quis enim sanæ mentis homo tam ineptus est, ut putet aliquid esse in statua Dei, in qua ne hominis quidem quidquam est, præter umbram? inquit Lactantius. Cumque fabros, qui illa fecere, contemnat; simulacra adoret? & partem lignorum, ex quibus factæ sunt statuæ, abiectam comburat, reliquam partem Deum esse existimet: hanc stultiæ idololatrarum prolixis cōcionibus exigit Prophetae, Esa. 44. 41. 46. Baruch. 6. Sap. 13. 14. 15. 16. Psal. 115. Præterea absurdissimum est, hominis imaginem coli ab imagine Dei. Nam præstantius & diuinius ab imbecilliore colendum est: Sed Iouis, Saturni, Herculis, Apollinis, Aesculapij statuæ, sunt imagines hominum defunctorum, qui paulo ante belli Troiani tempora vixerunt. Itaq; stultissimum est eas à viuis Dei imaginibus adorari & coli. Cūm autem in ecclesia Dei multo latius vocabulum Idolatriæ pateat, ut cum Paulus Ephes. 5. auaritiam nominat Idolatriam: aliquanto accuratius varia & diuersa genera Idolatriæ in mundo considerari & distingui oportet. Ideo hanc definitiōnem Idolatriæ iuniores meminerint. IDOLOLATRIA est, proprio consilio & temeritate, sine certo Dei verbo, vel nouos & commentitios Deos cominisci: vel honorem soli vero Deo creatori debitum tribuere treaturis: vel operibus manuum humanarum, videlicet statuis & simula-

cris Deum colere, & ad hasce statuas Deum alligare: vel eligere & insinuare proprio arbitrio ceremonias, sacrificia vel alia opera, quibus Deum placari & nobis propitium reddi significamus.

* Idola nihil prodeste aut iuuare queunt. ea colentes, non poterunt prædictas regi & regno Chaldaico poenas auertere, sed cum sculptoribus & cultoribus suis peribunt. ^y **¶** statua manu dedolata, excisa, sculpta, quales nullæ sunt in Græcis ecclesijs sculptæ, sed tantum piæ imagines. ^z **¶** opus ab artifice fusum, statuæ fusæ, conflatiles, ut virtus Aaronis, Exod. 32. 34. Esa. 40. Iud. 17. 3. Reg. 14. & alibi à verbo ^{za} Nasach, fudit. * Idolum enim nihil est in mundo 1. Cor. 8. h. Numini statuis ac imaginibus significata, vel prorsus inania & commentitia, nihil in rerum natura sunt vel fuerunt, vel hominibus mortuis statuæ consecratur, qui non sunt dij. Ebr. 17. **¶** docens mendacium, falsum Deum, seu commentitium numen, falso repræsentans. ^c Quid speret aut confidat figmento suo, quid auxilij expectare potest à statua quam fecit. ^d **¶** falsos & commentitios Deos seu idola, ab **¶** Deus fortis, Germani à Gott denominant Götzen. ^e Denunciat Idolatrias Vætrist. h. poenas præsentes & æternas. * Ligno, lapidi, Metalepsis causa pro effectu seu materia ex qua, pro formato, idolis ex ligno aut lapide sculptis, ut abies pro naui, ferrum pro gladio. ^f Non est mens aut sensus in eis, omnis rationis & sensus expers est. sicut Psal. 114. Simulacra gentium & gentium & aurum, opera manuum hominis. Os habent & non loquentur: oculos habent & non vident, &c. Similes illis fiant, qui faciunt ei. * D O M I N V S autem in templo sancto suo. Antithesis veri D E I & idolorum Esa. 40. & alibi copiosius euoluta. Psal. 115. D E U S noster in celo omnia quæcunq; voluit, fecit. Vel C H R I S T U S Dominus in templis Ierosolymæ & politiæ instauratæ docebit, nec funditus extingui & deri hæc politia per Chaldaeos poterit. * **¶** Sileat, Metalepsis effectus, seu consequentis pro antecedente, sileat, pro timeat, cum timore & tremore veneretur & colat. Psal. 67. Metuant eum omnes fines terræ. Terra homines in terra habitantes, vsitatissima Metonymia continentis pro contento. Audite cœli, angeli in cœlo, & auribus percipe terra, homines in terra, quia D O M I N V S locutus est, Esa. 1.

Caput IIII.

Ratio Habacuc Prophetæ pro ignorantij. ^g **¶** à ^{חַדְשָׁה} rauit, inconsiderate egit, peccauit. Est autem Metalepsis, vobulo formæ seu abstracti significans concretum. Pro ignorantia populo ignorante, seu Israëlitis non ^{כִּי} ^{מְכֹנֶת}, non consultò & dolo malo, sed errore aut ignorantia, vel affectu præcipiti peccantibus: sicut non est iustus in terra qui faciat bonum & non etiam peccet, & omnes sancti confitentur aduersus se iniustitiam suam Domino Psal. 32. Math. 6. 1. Iohan. 1. Est autem Propositio & summa huius prectionis Habacuci: Oro, ut populum tuum ex captivitate Babylonica liberes & reducas: sicut olim ex seruitute Aegyptiaca eum glo-

riole